



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Bonaë, Eminentissimi S. R. E. Titulo S. Bernardi
Ad Thermas Cardinalis Presbyteri Opera Quotquot
hactenùs separatim edita fuerê Omnia**

Bona, Giovanni

Antverpiae, 1677

Imprimatvr

urn:nbn:de:hbz:466:1-10805

& si voluiffem, non valuiffem. Adde, quod & rationem Divinarum Laudum fequutus fum, quæ Hymnis constant, & profa. Neque tamen fortuitò in Poëticos paffim fonos crumpo, fed ibi duntaxat, ubi forma quædam fubeft, vel materia Poëticæ. Mifcere verò Poëtica Philofophicis docet me, teſte Ficino [†] omnis antiquitas, idque olim è Græcis uſitatum aſſerit Cicero in Tuſculanis ^u. Idem permittunt, & laudant Plutarchus ^x, Jamblicus ^y, Plinius ^z, & ex noſtris Pacianus ^a, atque Ambroſius ^b. Nec defunt exempla: nam profæ verſus miſcuere doctiſſimi viri Valerius Martialis, Statius Papinius, Decius Auſonius, Lucianus Samofatenus, Theodorus Prodrumus, Petronius Arbitr, Fulgentius in Mythologiis quicumque ille ſit, Martianus Capella, Severinus Boëthius, Valerius Probus, Phocas Grammaticus, Curius Fortunatianus Rhetor, Junius Moderatus Columella, Sidon. Apollinaris, Venantius Fortunatus, Ennodius Ticinenſis, Marcus Varro in Satyris Menippæis, Seneca in ludo de morte Claudii, & multi Recentiores. Si quis autem à Poëticis alienus fuerit, Poëtica non legat, ea enim ratione compoſita ſunt, ut ſine diſpendio cæterorum omitti poſſint.

8. Dicam ego de hoc libro, quod Chryſoſtomus de ſuis ſermonibus ^c: Licet omnes non legant, pars ſaltem dimidia leget. Quod ſi nec dimidia quidem portio legerit, vel tertia pars. Quod ſi nec tertia, nec quarta, ſint ſaltem decem. Quod ſi nec decem, ſaltem quinque. Quod ſi nec quinque, unus ſaltem. Et ſi nec unus, mercedem tamen perfectam pro meo labore, & bona intentione accepturus ſum. Dicam cum Chriſtiano Druthmano Monacho ^d; Ego nulli nolenti juſſero, aut legere, aut habere hunc librum, ſed qui voluerit: & ſi aliquis hunc deteſtetur, ordinet meliorem, & ego voluntariè ipſum ſuſcipio, nam iſte nihil ulli nocet. Dicam & cum Aſpendio Citharædo, atque cum Hiſmenia tibicine quorum præclari viri mentionem faciunt ^e, Novi intus mihi ipſi, & Muſis canere. Mihi ſoli ſcripſi, mihi ſcenam ſtruxi. Sufficiunt, mihi pauci Lectores, ſufficit unus, ſufficit nullus. Dicam tandem cum Valerio Martialis ^f.

Si nimius videns, ſeraque coronide longus

Esſe liber, legito pauca, libellus ero.

Vale, mi Lector, & ſi quid ex hujus libri lectione profeceris, Deum lauda, & ora pro me.

[†] Ficin. l. 3. epiſt. ad Baron. Fontian. u Cic. 2. Tuſcul. x Plut. comm. Quomodo adol. Poetas audire debeat, y Jambli. lib. 2. de vita Pythag. cap. 3. z Plin. junior. lib. 7. ep. 9. a Pacian. ep. 1. adv. Novatianos. b Ambroſ. l. 3. de fide ad Gratian. cap. 1. c Chryſ. tom. 1. hom. de Paradif. & Scripturis. d Druth. prol. in Matth. e Ambroſ. præf. in Pſalm. Hieron. lib. 2. ad Ruffin. c. 8. Dio Chryſ. or. 78. Seneca ep. 7. f Martialis. mit. lib. 10.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſ. P. Sac. Palatii Apoſt. Magiſtro.

Aſcanius Rivald. Viceſger.

Imprimatur. Fr. Vincentius Cepolla Magiſt. Reverendiſſ. P. Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolicæ Socius Ordinis Prædicat.

PSAL.